

*73. Instrumentum venditionis
di Antonio de Amendola in
favore di Palmerio Budario*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*73. Instrumentum venditionis
di Antonio de Amendola in
favore di Palmerio Budario*

1375-08-19

(c. 425r) In nomine domini Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Anno a nativitate eius millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, regnante serenissima domina nostra Ihanna Dei gratia regina Hierusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno tricesimo tercio feliciter amen, die nono decimo mensis augusti, tertiedecime indictione <sic>, apud civitatem <Potentie>

Nos Adenolfus de Stampis civitate <sic> ipsius <Potentie> annalis iudex, Matthias Cuppellus de Aubere puplicus ubilibet per provintias Principatus et ultra citra serras Montorii <sic> et Basilicate reginali autoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et testamur quod in nostri presentia constitutus <sic> Antonius de Amendola de Potentia, ex parte una, et Palmerius Budi(n)no de eadem civitate, ex parte altera, ipse quidem Antonius dixit habere terram unam pro indiviso cum magistro Maffeo de Bono Infante, sitam in tenimento civitate <sic> ipsius in contrata Vallonis de Bernardo, in fine // (c. 425v) terre dicti Palmerii [et] Maffei [...] a duabus partibus et ab alia parte terre Sancti Girardi mediante via vicinali et alios confines. Quapropter scitu de ipsi Antonio gratum apparuit et congruum visum fuit, sponte et per convenientiam dictam terram pro indiviso ut supra vendidit, traddidit, alienavit et per fustem assignavit iure proprium <sic> et in perpetuum dicto Palmerio ibidem presente, pro se et suis heredibus recipiente et emente <sic>, pro tarenis decem et octo in carlenis argenti, sexdecim <sic> per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, regni iusti ponderis

generalis, quos quidem tarenos decem et octo in carlenis
 ut supra sponte confessus fuit recepisse et habuisse
 idem venditor a dicto Palmerio emptore pro venditor(e),
 ia(m)dum totum scilicet pretium venditionis ipsius,
 dans et concedens ipse venditor eidem emptori et
 suis heredibus plenariam et omnimodam potestatem
 tenendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et
 quocumque modo voluerint dictam terram pro indiviso
 ut supra voluerint alienandi. Promittens insuper ipse
 venditor aduc <sic> per se suosque heredes ipsi emptori
 pro se et suis heredibus // (c. 426r) stipulanti, litem
 vel controversiam ipsi emptori et suis heredibus ullo
 unquam tempore non inferre nec inferenti consentire,
 immo terram ipsam suis prescriptis finibus una cum
 viis suis ab omni homine legitime defendere, autorizare
 et disbrigare et in nullo contrafacere vel venire, per
 se vel alium seu alios, aliqua ratione vel causa, de
 iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, iure
 ordinario vel extra ordinario, canonico vel civili et eo
 emptore tenere, obligans se suosque heredes ad penam
 dupli ipsius peccunie quantitatis, medietate saltem ipsius
 pene curie [.....] nostre duasse <sic> durari <sic> vel
 alterius curie cui exinde reclamatio facta fuerit et reliqua
 medietate ipsi emptori et suis heredibus si secus inde
 fieret applicanda, presente ibidem R(u)ngasia mat(re)
 ipsius venditoris et sponte dicte vendicionis consentiente
 et [re]nunciante omne ius omnemque occasionem quod
 et qua petere posset in dicta terra tam iure docium suarum
 quam iure dodarii sibi promissi et contituti // (c. 426v)
 per condam patrem ipsius venditoris tempore contracti
 matrimonii inter ipsos et pro omni et ven(ditio)ne
 obligavit <se> ad penam predictam modo predicto, me
 predicto notario publico pro parte ipsius curie ea quo

interest et interesse pote(nc)ia penam ipsam sollepniter et legitime stipulante. Quapropter ipsi Antonius et eiusdem mater expresse renuntiaverunt exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, legi savon(ius), beneficio renunciacionis <in> integrum et omni alio iuris et legum ausilio per quod possent contra premissa venire vel modo aliquo se iuvare ac <specialiter> ipse venditor <renunciavit> exceptioni non numerate pecunie, non ponderate, non elepte <sic> argenti, legi ressissorie qua subvenitur deceptis ultra dimidiam iusti precii et specialiter legi que dicte generalem renunciationem non valere et <penam in> contraptibus non apponi et appositam non exigì; cerciorate prius per nos dictis <de> exceptionibus, beneficiis, legibus et auxiliis et posse tueri. Que quidem R(u)ngasia in nostram qui supra presentiam asseruit more <sic> iure Romano vivere, ut ceteri homines et mulieres civitatis ipsius ab antiquo visserunt, vivunt et ad maiorem cautelam tam ipse venditor quam prefata eius <mater> // (c. 427r) ipsius emptoris ad sancta Dei evangelia iuraverunt corporaliter tacta omnia et singula sibi stipulante <sic> et infrascripta inviolabiliter observare et quolibet premissorum facere ab omnibus osservari. Unde <ad> futuram memoriam et dicti emptoris et heredum suorum cautelam factum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, meo solito signo signatum, signo et subscriptione mei qui supra iudicis ac signis et subscriptionibus subscriptorum testium roboratum.

1

2

Così S per Cappellus

Così S per Auletta (da docc. coevi)

6

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

Quod scripsi ego predictus notarius qui predictis
omnibus rogatus interfui et modo solito signavi; quod
autem superius interlineatum et legitime «recepisse

Così S qui, in altri docc. coevi Budarii; nel regesto Bu(n)dino

Così S per sicut sibi

Così S per vendictione

Così S per perpetuo

Così S per actionem

Così S per? pro inde sollempniter

Così S per et cuius

Così S per poterit

Così S per Sancimus

Così S per dicenti

Così S per partes dicte

Salto in S

Così S per ipso emptori

et habuisse», item ubi abrasum apparet et legitur
«Rugasia», item ubi inter[lineat]um est legitime
«suarum», non noceat quia accidit mihi notario non
violasse errore, unde pro autentico habeatur. Quod
scripsi ego ut supra Mathias. Ego Adenolfus de Stampis
de Potentia iudex qui supra Ego presbiter Dionisius
de Mariosa canonicus Potentinus interfui Ego presbiter
Andreas Virius interfui // (c. 427v) Ego diaconus
Franciscus de Carba canonicus Potentinus testis sum
Ego subdiaconus Franciscus de Ricardo testis sum

16

17

18

19

20

Così S per est
Così S per ubi legitur
Così S per et legitur
Così S per vitio
Così S per Carruba